

poris quadraginta annorum raro, & semel; Amos verò ait quod non fuerit sacrificium, quia in deserto non extiterunt hostiæ quotidianæ mane, & vesperi, ut offereretur in templo, sed fuit sacrificium rarum, & quasi horarium absque sui continuatione, oblatio autem victimarum, ac virtutum actus, qui raro, & semel fit, sui que non habet perseverantiam, sed intronititur, sic aliquando reputatur, ac æstimatur, ac si nunquam fuisset factus.

Sexto moralissimè dicam. Fatuæ fuerunt Virgines dum dicunt: *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur.* Qui petit, si vult obtinere, non dicat omnia bona sua extincta, sed multa sibi citò obventura; si enim dicas, da mihi mutuo decem aureos, quia nihil habeo, non inuenies; si verò dicas, da mutuo, quia citissimè multa, & amplissima spero, omnia inuenies, & tibi superabundabunt. *Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo.* Matth. 25. n. 29. Villicus ille, cuius prudentia commendatur à Domino: *Laudauit Dominus Villicum iniquitatis,* Luc. 16. n. 8. Cum præcognouerit, quod debitores Domini sui futuri erant necessarii, tunc maximè se præpotentem, ac in gratia Domini sui se declarauit: Magnis cautionibus, multa debita dimittens vni quinquaginta cados olei, alij verò viginti coros tritici, ut sic nihil ei deficeret, sed omnibus superabundaret, cum tam potens in donis distribuendis esset.

QVÆSTIO XVII.

Quare prudentes Virgines tam rigide se exhibent erga fatuas, ut nec illis tantillum olei velint porrigere.

98. Ratio dubitandi. **V**M miser ad virum magnanimum, ac benignum confugit, statim ab eo in suis angustis impetrat remedium, quomodo ergo Virgines fatuæ in sua oppressione leuamen, ac subterfugium in prudentibus non inueniunt, cum essent illæ multum magnanimæ, misericordes, ac piæ?

99. D. Casar. Respondet D. Casarius Arelat. homil. in hoc Euang. *Tantus terror, ait, & tanta exinanitio erit in die iudicii, ut etiam illi, qui oleum misericordie se intelligunt abundantius preparasse, metuant ne eis possit ad omnia peccata redimenda sufficere.* Abundantissimam, & superfluentem olei copiam sibi prouiderant prudentes, cur tantillum fatuis sodalibus non concedunt? Astabant expectantes rigorosi iudicis aduentum, in cuius tremendo iudicio quælibet superabundantia inopia apparebit, & licet plenissima bonorum operum vasa haberent, illorum tamen vacuitatem timeant: quamuis enim quis sit iustus, & multa merita comparauerit, tamen cum ad Christi tribunal vocatur, multum dubitat, an sufficienter sibi prouiderit.

100. Maximè daturatur, qui ex benignitate assumit perditionis occasionem.

101. Isai. 1. **S**ecundò. Ipsæ fatuæ semetipsas omni remedio incapaces reddiderunt, ex mora enim sponsi, morte autem faciente Sponso, quæ ex illius benignitate data est, ut se oleo præpararent, inde ad suam pigritiam, ac dormitionem occasionem deprompserunt, & qui ex pietate allicet motuum ingratitudinis, ac nequitie lux irremissibiliter damnatur, & perit. *Filios enutruui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me,* Isai. 1. n. 3. Ex ipsa exaltatione, ob quam debebant esse solliciti in Dei obsequio de-

teriores facti sunt. D. Zeno serm. 5. de Isai: *Lu- daicum populum, ait, vniuersum salutis sue præsidium omisisse rextus diuini carminis ostendit, in quo cum non seueritas condemnat: sed pietas.* Vide supra cap. 30. n. 39.

101. Tertiò. Fatuæ multam fictionis speciem præbuerunt, ornauerunt lampades suas: eas in exteriori pulchrè ornauerunt, ac composuerunt, cum intrinsecus non haberent oleum, & qui sine interiori virtutum oleo vult nitere, ac resplendere perit. Vide supra cap. 5. n. 184. Quarto. Fatuæ omnino errauerunt in prosperitate, ac miseria. In prosperitate, cum enim simul essent cum prudentibus earum exemplo non profecerunt, ac oleum in vasis cum lampadibus non præparauerunt. In miseria verò errauerunt, quia ad tribunal humanum prudentum, non verò ad diuinum confugerunt, nec in Deo, sed in sodalibus spem suam constituerunt, cum omne humanum patrocinium sit valde friuolum, futile, ac ineptum. Vide ait Ierem. 17. n. 5. *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a Domino recedit cor eius.* Vide tom. 3. cap. 1. quæst. 14. n. 95. 96. 97. & cap. 18. num. 82.

QVÆSTIO XVIII.

Quare prudentes ad vendentes mittunt fatuas, & cum respondent, non dicuntur sapientes, sed prudentes?

102. **P**RUDENTES fatuis respondent: *Ite potius ad vendentes, & emite vobis,* non significatur per hoc quod iudicij tempore sit spatium emendi oleum bonorum operum, sed quod tunc inutilis erit omnis pœnitentia: Ad vendentes mittunt, hoc est, ad Sacerdotes, Doctores, vel pauperes, ut dixi in expositione. Moralem sensum inquiri.

103. **P**ostulant oleum fatuæ à prudentibus: *Date nobis de oleo vestro;* respondent prudentes, *Ite potius ad vendentes.* Explicant eis, quod oleum bonorum operum aliorum in die iudicij, vt ait D. Hieron. datus in expositione, eis non proderit; & etiam vt inimicæ amicæ, ac sodales in hoc eis verum aperitur, quod oleum aliorum tempore iudicij aliis non prodest; & nullum maius amicitie signum, quam à falso cogitatu aliquem dissuadere. Secundò. Consilium dant: *Ite potius ad vendentes.* Qui dare non vult, frequenter consilium præbet. Vide tom. 2. cap. 5. q. 15. n. 109.

104. **S**ecundò. Inquiri quæstio. Quare cum fatuæ sodales vocauerint sapientes: *Fatuæ autem sapientibus dixerunt.* Ipsæ cum respondent, non se dicunt sapientes, sed prudentes: *Prudentes autem responderunt.* Sapiens prudenti excellentior, vt iam notauimus quæst. 13. Inde Virgines cum magna ingenij sagacitate non se dicunt sapientes, sed prudentes, nolunt enim maiorem honorem, ac dignitatem, quam illam, quæ eis decens, ac conueniens est.

105. **P**rohibuit Deus ne fierent imagines Solis, & Lunæ, ac idolorum: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum,* Exod. 20. n. 4. Et tamen has imagines homines adorauerunt. Mandauit Deus fabricare Cherubim: *Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facias,* Exod. 25. num. 18. Quos iussit constituere tum in propitiatorio, vt patet ex citato

97. Petens non ostendat extremam indigentiam.

Matth. 25.

Luc. 16.

98. Ratio dubitandi.

99. D. Casar.

In scripto Christi iudicio iustus timet sufficientiam suorum meritorum.

100.

Isai. 1.

3. Reg. 6. Cherubim renuit honorem indebitum. citato loco, tum etiam in templo. 3. Reg. 6. n. 24. Et tamen nemo hominum eis adorationem præstitit: Fortè in hoc negotio interuenerunt ipsi Cherubim, cum enim sint valde sublimes mente, ac perspicacia, tenuerunt honorem eis improprium, ac indecentem. Vide supra cap. 27. n. 80.

101. **Matth. 25.** Dum autem irent emere, venit Sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua.

Num. 11. Nouissimè verò veniunt reliquæ Virgines, dicentes: Domine, Domine aperi nobis.

VERSIONES.

Syriac. n. 10. Quum autem proficiscerentur emptum, venit Sponsus: & hæ, quæ paratæ erant, introierunt cum eo in domum chori.

D. Chrysof. homil. 79. Postquam enim ad emendum profectæ sunt, venit Sponsus, & introierunt simul, quæ erant paratæ.

Imperfect. hom. 24. Abeuntibus autem eis, ecce Sponsus venit.

Pagn. Variabl. num. 11. Postea verò veniunt.

Syriac. Postremò verò venerunt, & illæ Virgines aliæ dicentes: Domine noster, Domine noster aperi nobis.

EXPOSITIO V.

106. **D**VM autem irent emere. Cum autem abirent, emendi, seu comparandi meritorum oleum, vt explicat Hugo, Carthuf. & alij. *Venit Sponsus,* sub cuius nomine ob indiuisum amorem intelligitur etiam sponsa. *Et quæ paratæ erant.* Recta conscientia oleo bonorum operum, introierunt cum eo ad nuptias. Seu vt habet Syriacus in domum chori, hoc est, in domum nuptiarum, ac in festiua gaudia nuptiarum, clausa est ianua. Non amplius aperienda, cum enim ingressi fuerint omnes admittendi, clausa erit malè præparatis, ac malè prouidis. Præsentis parabolæ emblemate significatur, quod in hac vita tempus bene agendi, operandi, ac merendi finitur, hoc enim clauditur in articulo mortis; ac proinde adueniente Domino ad iudicium frustra reprobi erunt solliciti de meritorum operatione; vt ait D. Augustin. serm. 22. de Verbis Domini: *Non enim post iudicium patet precum, aut meritorum locus.* D. Hieron. *Excesserat, ait, emendi tempus, nec adueniente die iudicij locus erit pœnitentia.* Dicitur verò quod quæ paratæ erant, intrauerunt ad nuptias, per quas summum beatitudinis gaudium

Hugo. Carthuf.

Syriacus.

August.

Hieron.

explicatur, nam inter honesta mundi gaudia maximum gaudium habetur nuptiale.

Nouissimè verò. Postquam nempe ianua clausa est; *Veniunt reliquæ virgines,* fatuæ nempe emptæ, oleo, ac lucentibus lampadibus. *Domine, Domine aperi nobis.* Hæc omnia dicuntur ad ornatum parabolæ. Geminatio hæc magnum indicat animi affectum. Emblemate verò denotatur, quod reprobi in die iudicij clausa ianua, prolata nempe sententia iudicis frustra summis precibus illius misericordiam implorabunt. Auctor Imperfect. homil. 52. *Nihil, ait, eis proderit anxietas illa tunc incipientibus bene agere, cum tempus bene agendi conclusum.* *Nihil proderit ex necessitate repetita confessio eius, qui ex voluntate, nec semel confessus est.*

QVÆSTIO XIX.

Quare dum fatuæ Virgines vadunt emere oleum, venit Sponsus, & clauditur ianua?

108. **M**AXIME ponderandum, quod dicitur in textu: *Dum irent emere venit Sponsus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias.* Cur non aduenit Sponsus, quando fatuæ erant præsentibus, sed cum recedunt, tanta felicitas obuenit prudentibus, vt adueniente sponso admittantur ad nuptias, societas malorum non solum ipsismet, sed etiam aliis valde nociua, & ideo cum recedunt fatuæ, admittuntur in cælo prudentes. Quæstio præfens est, quare dum fatuæ vadunt emere, venit Sponsus, & clausa est ianua. Et notandum, quod non exptimitur, à quo sit clausa. Erat enim porta cæli, ac iustitiæ, & illæ multum indignæ extabant, iustitiæ autem ianua per semetipsam indignis clauditur, vt eos reiciat, at excludat.

109. **R**esponder primò Origenes homil. 32. *Quando, ait, debuerunt discere neglexerunt discere, quod debuerunt, in ipso autem exitu vita sua, dum disponunt discere comprehenduntur à morte, & propterea non ingrediuntur cum verbo.* Valde mirum, quod dum Virgines vadunt emere oleum, vt lucido ornatu Sponsum excipiant, interea illis cælestis ianua clauditur? Et quomodo dum oleum quærunt à cæli ingressu remouentur? Nonne illa comparatio olei, res virtutis erat? Equidem virtus erat, sed valde tardè extorta, & ideo non præualuit ad salutem. *Factum est autem, post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terra munera Domino,* Gen. 4. n. 3. *Offert Cain Deo sacrificium, quod maximè ei displicuit, & vnde sic displicuit, quia post multos dies.* D. Ambros. lib. 1. de Abel & Cain cap. 7. *Duplex culpa, ait, vna quod post dies obiuit, altera quod non ex primis fructibus, sacrificium autem à celeritate commendatur, & gratia.*

110. **S**ecundò. D. Bruno hom. de Virginitate: *Ibant, ait, ad olei venditores, non pedibus, sed desiderio.* Ecce Virgines fatuæ ibant oleum emere, vt lucido lampadarum lumine exitum obuiam Sponso, & dum vadunt oleum comparate, venit Sponsus, ingrediuntur prudentes, clauditur ianua, & fatuæ à regni cælesti aditu manent exclusæ. Quomodo hoc cohæret cum iis, quæ Theologi docent: *Faciendi quod in se est Deus non denegat gratiam.* Impudentes Virgines pro illa temporis occasione faciebant quod in se erat, vt oleum haberent, cum ad illud emendum profectæ essent, quomodo

107.

Imperfect.

108.

Iniquorum societas valde nociua.

109. Origen.

Morosis hæc primis virginitatis opus.

Gen. 4.

Ambros.

110.

Bruno.

Non desiderium, sed operum executione obicitur regnum cælorum.

et q.

ergo denegatur illis gratia, & fauor regni celestis. Ibant ad olei venditores, non pedibus, sed desiderio. Ibant ad emendum oleum, non affectu, & executione, sed proposito, & desiderio, non mirum ergo, quod exclusa maneat ad regno caelorum, quod non desiderio, sed operum executione obtinetur. Vide supra cap. 39. num. 20. 21. 22. & cap. 49. n. 46. 47. 48.

111. Paschal.

Tertio. D. Paschal. lib. 11. Ne habentibus oleum, vel in extremo ornantibus lampades suas diceret, Nescio vos, quia estis. Nec enim scribitur, quod cum lampadibus ornatis venerint, quia si fieri posset, ut nunquam diceret, Nescio vos. Clamant verbis, Domine, Domine aperi nobis, at verò quod oleum attulissent, nunquam legitur, nuda verba sine operibus, Christo Domino non placent, si enim verbis operationum oleum adiungerent, in illa etiam extrema hora non repudiarentur. Quarto. Claudatur ostium, ut Dominus abscondat oculos, denegat aspectum, & ut absque venia vlla inferatur supplicium, nam si Dominus suis oculis videret, misericordiam impenderet, ut ergo in sua exclusionem vltimam desperationem ebibant, luce diuinorum oculorum priuantur.

112. Hieron.

Tertio. D. Hieron. apud D. Thom. Quis que pro suis operibus mercedem accipiet. Prudentes ingreditur ad nuptias, à quibus excludantur fatuæ. Quod prudentes ingrediantur ad nuptias miræ suauitatis, ac dulcedinis est. D. Gregor. Papa: O si sapere in cordis palato possit quid dulcedinis habet, intrauerunt cum eo ad nuptias. Quod verò fatuæ sint exclusæ, & ianua clausa dura, & rigida amaritudinis est.

Gregor.

113. In caelo ascenditur munitio aurum nitentis.

Quandiu lampades erant extinctæ, quod Virgines fatuæ non admitterentur ad nuptias isto; at verò postquam adueniunt ipsis lampadibus luculentibus, ac exornatis, ut notat Abulens. quod excludantur, & ianua iremissibiliter sit clausa, res valde mirabilis. Porta caeli erat, & illa indigna ut admitterentur, ac proinde quamuis adueniunt fulgentibus manibus, ac plenis non fuerunt ingressæ; si enim esset ianua huius sæculi quamuis immerita reperirentur, cum plenis manibus niterent, statim esset illis aperta, & patens ianua, ut admitterentur.

114. Apocal. 17.

Vidit Ioannes duas mulieres: Vnam sedentem super bestiam coccineam, qua habebat capita septem, & cornua decem; & statim additur, Et mulier erat circumamicta purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, Apocal. 17. n. 4. Et quænam esset hæc mulier, quæ cum tanto apparatu ferebatur, statim explicatur: Erat Babylon magna mater fornicationis, & abominationum terra. Extabat enim mater, ac generatrix sensualitatis, abominationum, ac omnium vitiorum totius terræ. Cap. v. r. d. n. 1. ait, quod mulier apparuerit in caelo: Amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Et postea subditur: Ecce draco magnus, & rufus habens capita septem, & cornua decem, & draco stetit ante mulierem, qua eras paritura. Apocal. 12. n. 4. & inferius dicitur, Et draco persecutus est mulierem, que peperit masculum. Mulier erat vestita Sole, & Luna, ac coronata stellis omnium virtutum, & contra ipsam insurgit draco ad eam deuorandam. Ex quo magna insurgit dubitatio. Mulier illa prima Babylonica dicta mater fornicationis, abominationum, ac omnium vitiorum fertur sedens super bestiam, & mulier altera nitens splendore Solis, Lunæ, Stellarum omnium virtutum, ac donorum, multam à

dracone patitur aduersitatem. Vnde tanta discriminis ratio: Babylonia quamuis mater abominationum composita erat auro, & lapidibus pretiosis, cum ergo ipsa multa haberet, ut daret, ac subornaret, inde à bestia, à mundo nempe extollitur, & sublimatur; at verò mulier amicta Sole, verum est quod nitebat omni virtute, merito, ac dono, tamen cum non possideret aurum, argentum, ac lapides pretiosos, ut largiretur, ac clam submitteret, inde multam aduersitatem, ac vexationem à dracone, mundo nempe sustinet, & patitur.

Abundus venatur virtutibus sub auri splendore, suo illo merita persequitur.

QUESTIO XX.

Quare Virgines fatuæ clamant non Sponsum, sed Dominum, dicentes: Aperi nobis?

APPE in tota hac parabola introducitur Dominus sub nomine Sponsi: Exierunt obviam sponso, & sponsa. Iterum: Media nocte clamor factus est: Ecce Sponsus venit. Deinde: Damrent emere, venit Sponsus. Cur ergo in presenti non sponsum, sed Dominum vocant. Non dicunt: Sponse, Sponse, sed Domine, Domine. Iusto sanè iudicio se proprio ore ab amantissimo nomine sponsi priuant, Dominum dicentes, eius supremam potestatem in ipsis excludendis recognoscunt.

115. Impium proprio ore se damnat.

Bis pro magno affectu Dominum clamant, non verò ter; semel dicunt Domine in fide, iterum Domine in spe; & quia defecerunt tertio, ut dicerent Domine in charitate, inde excluduntur à nuptiis, & damnantur. Ut supra dixi quæst. 16. num. 91.

116. Sine charitate damnatur homo.

Et dicunt: Aperi nobis. Potius videbatur dicerendum, mitte vnum ex seruis tuis aperire nobis. Et primò sic loquuntur ex insipientia, quæ fatuæ erant, & debitam reuerentiam cum decente vrbannitate nesciebant Domino referre. Secundò. Ex quadam astutia sic loquuntur, quia iudicabant, quod in sua necessitate non poterant habere remedium, ac subterfugium in seruo, sed tantum in Domino. Vide supra cap. 13. n. 15. & cap. 34. n. 51. Tertio. Domine Domine aperi nobis, ac si dicant Domine aperi nobis, fac ministri officium, ut nobis ianuam aperias, agnoscebant enim, quod ut ipsæ ascenderent, conueniens erat, ut Dominus descenderet; ex superiorum descensu paratur inferiorum ascensus. Vide supra cap. 5. num. 110. & cap. 23. n. 6.

117. In Domino non verò in ministro saluus.

Quarto. D. Chrylost. homil. 22. Respice mihi, ait, quinque virgines exclusas; & quales pro ipsis non deprecata. Propterea quod seruat magno virginitatis munere, mandatum humilitatis paruum non custodierunt. Clamant fatuæ Virgines, Domine aperi nobis, & non exaudiuntur, clamat & mulier Chananaea pro filia suæ salute, & audit à Domino, Fiat tibi sicut vis. Quænam huius rei causæ Chananaea clamabat cum multa humilitate: Clamat post nos, Matth. 15. n. 23. Et iterum se catellis comparat: Etiam catelli edunt de micis, que cadunt de mensa Dominorum suorum. Ex humilitate exauditur Chananaea, at verò hæc Virgines ex fastu superbiæ virginitatis, inde excluduntur, ac reiciuntur, eisque ianua clauditur. Vide supra cap. 2. num. 97. 98. 99.

118. Chrylost.

Oratio sit est humilitatis.

Matth.

Matth. 25. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos.

Num. 13. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.

VERSIONES.

Syriacus. Amen ego dico vobis, non noui vos.

D. Chrysof. Abite nescio vos. homil. 79.

Auct. Imperf. Nescio vos, qui estis. homil. 52.

Syriac. n. 13. Nescitis diem illum, neque horam.

Vatabl. addit. Quia filius hominis veniet. EXPOSITIO VI.

119.

MEN dico vobis. Afferuatione vitur, Nescio vos. Secundum Theologos novos, & antiquos, verbum sciendi hoc loco, non cognitionem, sed affectum declarat, negatque scientiam approbationis, id est, non approbo vos, nec agnosco pro filiis meis, ac ouibus meis; nouit enim Dominus, qui sunt eius.

120.

Vigilate itaque. Hic ponitur finis, & scopus totius parabola, ut scilicet fideles omnes stimulentur ad vigiliam, ac studium honorum operum quibus conueniant ad diem mortis, ac iudicii, cuius articulus determinatus omnino ignoratur. D. Gregor. Magn. homil. 12. Apte quoque, ait, generalis ad discipulos exhortatio subinfertur, cum dicitur, vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam, quia post peccata Deus penitentiam suscipit: si sciret quisque de presenti seculo, quo tempore exiret, aliud tempus voluptatibus, atque aliud penitentia aptare potuisset, sed quia penitenti veniam spondat, peccanti diem crastinum non promittit: semper ergo extremum diem debemus metuere, quem nunquam possumus prauideri.

Gregor.

QUESTIO XXI.

Quare ipse Dominus virginibus fatuas respondet: Nescio vos?

121. Deum cum punit, honorat.

ARTIS Virginitas pulcherrima non respondet seruis aliquis, sed ipse Dominus, voluit extremum hunc honorem virginitati deferre, ut non seruis aliquis, aut hostiaria ancilla, sed ipse Dominus illis daret responsum, ac extrema verba diceret; cum enim excluderentur, illis tamen aliqualem honorem denegare noluit. Antequam Adamus eiceretur de paradiso: Fecit quoque Dominus Deus Ada, & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, Gen. 3. n. 21. Chaldaeus legit: Vestimenta honoris. Eiciuntur; exeant aliqui honoris decore conspicui.

Gen. 3.

Chaldaeus.

122. Chrysof. Durum verbum rigidissimum gehenna.

Respondet primò D. Chrysofom. in presenti: Nescio vos, ait, gehenna durius hoc verbum fuit. Ab sponso blanditiæ sperabantur, at quod ab eo procedant tot rigores ianua clausa, duto verbo, nescio vos, quod grauissima pena, & durissimum omnium tormentorum est. Secundò. Euseb. homil. 2. de Epiphania: Nesciuntur à Deo, ait, qui Deum scire noluerunt. Qui male operando Deum scire

Euseb.

Sylueira in Euang. Tom. I V.

noluerunt, ipse Deus omniscius, eos nescire perhibetur. Vide supra cap. 24. n. 59. 60. 61. 62.

Tertio. Quomodo dicis Domine, Nescio vos. Nescis & damnas, ignoras, quod punitis; iniustissime castigatur ille, qui & ignoratur. Nam dum ignoratur persona, damnationis demeritum non bene cognoscitur. Ut dixi in expositione ex Maldonato, & docent communiter omnes Theologi noui, & veteres, Sciendi verbum hoc loco, non cognitionem, sed affectum declarare; ac proinde, nescio vos, id est, non amo vos. Ex quo insurgit magna dubitatio; nam sicut scientia, aut ignorantia spectant ad intellectum, sic etiam amor ad voluntatem, cur ergo in presenti dicitur intellectu non amare, & non potius voluntate, nam nescio vos, id est, non amo vos. In nobis voluntas caeca potentia est, ut ergo innotescat quam excellens sit amor huius celestis spūs dicitur intellectu amare; quia tam prudens, ac rationalis est eius amor, ac si non à caeca voluntatis facultate, sed ab ocula, & perspicaci potètia intellectus procederet.

123.

Maldon.

Amor sit prudens, ac rationalis.

Quarto. Cur eas non redarguit, earumque crimina illis obiicit, sed tantum ait: Nescio vos, de creuit potius sibi inscientiam adscribere, quam eas acriter, ac duro verbo affligere, eorumque crimina aperte dicere, ac proflare. Quintò. Nescio vos, ait, non de sanctia, sed de æquitate iudicis, ut perfectum iudicem impleat, qui non respicit personam, ac si eam penitus ignoraret.

124.

Iudex ignorat personam.

De vltimo iudicio differens Dominus, ait: Multi dicunt mihi in die illa, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, Matth. 7. n. 22. maxime expendendum est illud: Nunquam noui vos. Deus est omniscius, de ipso ait Paulus ad Hebr. 4. num. 13. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius. Quomodo ait: Nunquam noui vos. Nunquid damnat, quos ignorat; minimè. Cum tamen personam iudicis agit, non solum cum sententiam profert, sed oculis à damnatis auertit, sed cum eorum opera proponuntur, ac examinantur, sic se habet abque aliquo odij, vel amotis affectu, ac si nunquam personas vidisset, ac agnouisset, prædicta verba late ponderans Aponius lib. 1. in Cantic. post medium, sic ait: Quid tam rectum nisi, ut in iudicando nulla veritati prapronatur persona. Vide hoc tom. & superioribus Verbum Index.

125.

Matth. 27.

Hebr.

Aponius.

CAP. LII.

Talenta distributa.

Matth. 25. Sicut homo peregrè proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.

Num. 15. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnique secundum propriam virtutem, & profectus est statim.

HHhh VERSIO